I Lle aūt qui ex pūctura fit uenenosa ex superpositione uētosarum curatur quas si alū cum scarificatione reiteraeris nō malū esset l' pullū unū uiuū habeas cui⁹ deplumatū anuz super punctura pone sibi rostꝝ. se pe clauden⁹. ut atraheř aeré cuz ano cogatur. uel p aliq̄z personā uilem locū sugere faciaſ et quātū tibi possibile fuerit puncturam apertam detine de hic tyriacham siue metridatū unicornu gētianaz baccas lauri termētillā diptamū ul' aliq̄ꝙ huiusmodi ꝯ uenenum patiēti tribue. Si aūt spasm⁹ a non uenenoso ulnere fiat. eum apertum ꝓ posse tene super qȯ oleū de euforbio pone. & ut dolor mitigeť ex oleo camomillino & oleo rȯ. calidis mēbꝝ spasmatū ēbroceť ꝙ aliquantulū fiat deīde petiā triplicatam ul' quadruplicatā ī terbētīa cal'a remollitā sup pone illa. n. mirabilř dolorem sedat. Et sup omīa ne pūctura claudať caue. ꝙ si locus appōeť apostematū cura curtur. Bonus u⁹ anglic⁹ plurimos ex pūctura spasmatos emplastro īfrascripto curasse ait. ꝙ ℞. musci arboris ul' lapidis. ℳ. ii. furfuris. ℳ. i. olibani. ℥. i. tm̄ ī uīo bulliāt aceti paꝝ addito ꝙ ad ēplastri formā ꝯueiat. & tale calm̄ suppone tātam. n. ī isto musco arboris seu lapidis bonus uir ꝯfidētiam habuit ut cuilibet pūcture tale ēplastrū applicabat. Cum quo fere omēs sanabat qd sit mus cum respice auic. 2⁹. cono ī capl'o ꝓpri o. Sed ī cāu isto memor semp esto tā p flobotomiaz q̄m p farmacias q̄m aliter ul'es purgatioēs fieri facere & ptic'lares item. Et si pūctura claudatur. cū auro seu cādenti calibe locus cauterizeť & ꝓ funde quidem sup ꝙ emplastruz postea de maluis pone. Jubent autē ueteres ꝙ si pūctura nerui lōgitudialis fuerit ex qua spasmus fiat ꝙ per trāsursuz neru⁹ totū īcidať. minus. n. malū ē motum mēbri perdere q̄m uitā. Laus deo Amē.

Capl'm octauū qualiter & cum quib⁹ fe. ī spasmo sit ꝓuocāda.

N Auz ātiqui ī spasmo singl'are reputāt. s. prouocare fe. ipsaz nāq̄z materiā resoluendo spasmū curat ut ī ꝓnosticis habuisti. sed an̄q̄m eam ꝓ uoces. ꝯdictiones īfrascriptas obserua Nam iter fe. sola ē effimera ꝓuocanda ī ul'i spasmo. s. qui ex frigidis humōibus fiat & mal'ia pro pte maiori euāta. His igiť cōdictioībus obs'uatis si sulfureum naturale balneum habueris fm can̄ debitos. patiētē ī eo ponere. q̄m enī ī casu i⁹ q̄m maxime ꝯuenit. siue fe. ꝓuocauerit siue non. Sed deficiēte balneo al'r poteris fe. ꝓuocare. ad ꝙ ūguētum īfrascriptum plurimū ualet. ꝙ ℞. olei de lilio olei oliuarum ātiquaꝝ. an̄. ℥. f. succi flāmule. lb. i. illa ad ꝯsumptionē usque succi sil' buliāt. Cū quo cere postea quātum sufficit. misce. & cum īfriari īc'p adde storacis calamite. ʒ. iii. piperis pi retri an̄. ʒ. ii. euforbii. ʒ. i. fiat ūguētuz. ꝯ quo timpōa iungātur brachioꝝ pulsus atq̄z pedum de hic madefactā ī eo lanaz ī sub ascellis & in gumibus pōe talis nā q̄z unctio fe. potēter prouocat q^a tamē cum ifirmū tuum unxeris castorei. ʒ. f.

cum modico uini cali potu tribue. ul' ca
stori loco. ʒ. ii. ifrascripti ellectuarii da
bis. Quod ℞. asse flamule castorei. añ
ʒ. vi. mellis. lb. f. fiat i formā ellectuarii
de quo ut dictum ē. ʒ. ii. dabis. Fla
mula uero de qua est ſmo ē herba q̄daʒ
que sepibus ꝛ uiperibus iuoluit' flores
capillares hñs i cuius medio reperit' se
men saporis acutissimi q̄ ꝯtusum ꝛ sup
mēbrum positum cauterizat. ut ipse exp
tus sum. Et isti rustici ō monteferrato
in suis alleatis de tali seie loco piperis
sepe ponūt. ꝛ iaduertēter disinfiam aut
mictum san. icurrētes ad aliū mōdum se
repiunt huius igitur flamule succus fe.
potēter ꝓuocat. Quod si theotoico
rum more facere uolueris quē fe. facile
ꝓuocāt patiētem tuum iter duos ignes
colloca cui aliquid cū forti alleata ad co
medēdum p̄be. Successiue optio ui
no calido i quo modicū sit pipis eū pota
ꝛ habūdāter satis. De hic uero ex a
liquo ūguētoꝝ p̄scriptoꝝ locis p̄dcis ut
ō iunctio fiat. Sed hoc nō nisi theotoni
co talibus assueto l' alicui bene robusto
facias. In delicato. n. corpore huōres
subtiles hñtes nō soluʒ effimera. sed pu
trida de facili ꝓuocaret'. uel sudor ade
o itēsus qui secū per porros animā ꝯdu
ceret. Serenissimus ypo. spasmū qn
ta afforismoꝝ afforismo. 22°. ex casu per
cussione uel aliter sine uulnere factuʒ ex
subita submersione patiēs i aq̄ frigidissi
ma curatqʒ exterioribus corporis pti
bus ꝯdempsatꝰ infius calō unit' qui ma
teriam spasmi resoluit. ꝛ sic tal' cura fit
per acciñs. Posses tam̄ imersione di
missa super infirmū frigidā aquā ꝓicer
uel eum ex liteaminibꝰ i aqua fria mers.
sepius circūuolue sic. ut liteamia illa nū
quā calefieri permittas robusto tam̄ ual
de ac i media estate seu tēpore multū ca

lido hoc fieri iubet sed nō alit'. Et sic
modū habes qualit' de replōē spasmꝰ om
nis q̄ātum ad medicialia sit curādus.
Laus deo.

Caplm nonum de regie reꝝ sex non
naturalium spasmi repletionalis obſuā
do ꝛ de cura.

Sed quantuum ad sex rerum
non naturaliū regimē oīo ui
num i pncipio ꝓhibe. eius lo
co aquaʒ mellis bibat. inqua saluia ōco
cta sit. In fine tamen uinuʒ ualde potēs
comendatur quia materiaʒ tūc resoluit
ꝛ urinā ꝓuocat. fructus pisces. ferculū
de pasta. olera ut blitis spinachie ꝛ simi
lia ꝛ uniuersalit' omnia cibaria frigida
ꝛ humida uitāda sunt ꝛ iteʒ aer frigidꝰ
ꝛ humidus. Somnus lōgus quies nimi
a ꝛ ubi exercitium fieri nequeat fricatio
nibus utere. Caro uulpis ꝛ ericii his
passiōibus ualēt a proprietate. yue aūt
atque saluie mirabil' quoqʒ inest ꝓprie
tas. unde istorum usus quoqꝰ mō sit ua
let plurimū. Cuʒeʒ uero seu alcuʒeʒ ex
fricatione mēbri. cum maībus calis aut
pānis calidis curatur. ꝛ iteꝝ ex calido
rum oleorum unctione ut ex oleo de co
sto anetino uulpio de lilio ꝛ ꝯsimilibus
Sed lotio tibie aut alterius alcuʒati m̄
bri ex decoctione herbe tūici passioneʒ
hanc illico curat ꝛ per dies aliquot cuʒ
tyriacha eam nō reditură pellit. ꝛ sic ꝯ
adiutorio cure palef curā hēs spasmi ō
repletione tam ex materia quā ex uētosi
tate ꝓueniētis. Laus deo amē ꝛ c̄.

Decimū caplm de cura spasmi ab ia
nitōe prouenīētis.

f Uperest de ianitione spasmi curā ponere In talibus nāqȝ patientibus ē uirtus mltum d bil' cuȝ quo pter mēbroꝝ siccitatē pō ri ualde sunt stricti. Qua ex re eorū nu trimētum facilis digestioīs esse debȝ pe netratioīs quoqȝ multi nutrimēti hume ctātes ualde ꝛ sic medicialē poti⁹ quam pure cibalē eūȝ esse necesse ē. i quo casu aqua or. plurimū comēdat' ꝛ illa potissi mū i qua fluuiales cācri ac nemorales te studies sint decocte. uinū quoqȝ claꝝ ꝯ uenit cum decoctiōe quatuor se. frīoruȝ bene lip batum quia facile penetrans ml' ti exit nutrimenti. Cōuenit aqua carnis cum predcis se. alterata. Ex cōfecti onibus comune restauratiuū comēdat' cum oleo amigdalaꝝ dulciū factū aut ui olarum ubi. s. maiorem quereres humec tionē lac conueit mulieris ꝛ itē asine. Aque quoqȝ dulces Balnea cū foliis sa licis uitis al. uinifere uiol'. ꝛ similiū bul lita. ac iunctio ex oleo uiolaꝝ ꝛ illa sunt que i summa spasmo de inanitione cōue niūt de quibus leuit' sic pertrāsiui. p͛io qr ex talibus ifirmis ppaucissimi nobis offerrūt. 2° quia cura illa cum cura ethi ca ordiate descripsi ad quā ubi opus sit recursū habe: Laus deo amē.

Tractatus ūdecim⁹ de tortura in se sex ꝯtinēs capl'a.

Primū capl'm quid sit tortura cōti net ꝛ qualiter signa inuenire debeas de monstratiua.

f Epe materia in neruis añrio ribus capitis ꝛ i hiis qui i pn cipio nuce oriunt' imbibitur hii. n. musculis atqȝ mēbris faciei. sēsū atqȝ motū prebēt. Si igit' materia illa subtil' fuerit relaxatiōeȝ seu palesiȝ i ducit. ꝛ si grossa spasmū ꝙ. n. istoꝝ fiat torquet' facies ꝛ egritudinē efficit. quā oris seu faciei torturam appellamus.

Ex quib⁹ pȝ qd̄ tortura nihil aliud ē q̄ȝ in neruis quibusdā tā anteriorib⁹ q̄ȝ posterioribus pp subtilis materiei imbi bitionem relaxatio. aut grosse cōtractō per q̄m musculi motū faciei dātes relaxā tur aut ꝯtrahūtur ad quā relaxationeȝ seu cōtractionē tūc os aut facies cōtorq̄ tur. Et sic hēs quid sit tortura eius cāe i capl'o de palesi uel de spasmo describū tur. Quātū ad sig^a itētio duplex ha betur una respectu signoꝝ que nobis e a ꝯmōstrāt alia que cās. Quantū ad primū cū ea difformitate sua se nobis sa tis manifestet signis aliis nō egem⁹. Sed quātū ad cārum habēdā notitiā p̄ mo an a paralesi uel a spasmo fiat iuesti gañ. erit: Jdō si a paralesi latus lesū su per sanū caderet. ut Gal'. iiii. de iteriori bus 2°. capl'o. Si latus iquit mouēs dextre partꝭ labium mollificet'. erga sini strū latus torquet'. Et lacerto sinistri lateris labiū mouēte mollificato ideȝ la biū ad dextrum uertit' ꝛ subdit simil'r. Jntelligēdū ē i maxillis nariū extremita te ꝛ utriusque gene ꝛ c̄. ut uelit ꝙ maxil le extremitate nariū ꝛ gene mollificate sup nō mollificatū cadūt. Si auteȝ fi ant a spasmo tūc egrum latus ad se sanū trahit. ꝛ cuȝ hoc plurimi decipiūtur tō tum latus cadētis esse egrum ꝙ ē flm:

Unde ras. Nō iuei ingt rugas i frō te ex parte lateris patientꝭ torturā cau sa spasmi ꝛ coriū illius lateris tēsū erat ꝛ tortum nō apparebat ꝛ c̄. Et nūc tua ē cognoscere an ps lesa paraliticata sit. an nō. Unde si tortura a palesi fi at. pars lesa moll' erit. ab ore plurimum saliua manat ꝛ pars oris sana bñ claudi

tur ꝛ sua cū fi. atqꝫ forma manet. Qd̄ si tunc pars lesa claudat cum mala figura claudit qr labium supius ĩfra cadēs cū habūdāti saliua oris figurā difformē efficit. Et si huius paralef cās a qua tū tortura ꝓuenit scire cupias capl'm fm. tractatus de palesi supra require ipsum enī tibi necessaria signa mōstrabit.

Si autem fit a spasmo ps lesa erit tactui dura ab ore saliue nihil aut paꝝ manat ꝛ partis egre os nō clauditᷣ. ymo ꝓpter cōtractionē aptum aliquātisp manet.

Consimilia signa ĩ ĩferiori palpebra lesi ocl'i quoqꝫ notabis huius autē spasmi cās per signa ōmōstratiua spasmi supra tractatu de spasmo tertio capl'o facile cōprehēdes. Laus deo amē.

Capl'm secūdum ō ꝓnosticis torturoris seu faciei.

n Unc superest huius dn̄e tōture ꝓnostica signa describere quoꝝ quedā futurā ꝛ quedaꝫ presētem torturā denūtiāt multus nāqꝫ seu ꝯtinuus faciei salf. ut raf ĩquit ac ipsius faciei ossiuꝫ frequēs dolor corii q' que stupor uēturā torturā significāt.

Sed quātum ad eam factā illa que a cerebro ꝓuenit ĩ quarta l' citra sepe patiētes ĩterficit quia passiones fortes. ut ē palef apoplesia epl'ia ꝛ similes cerbꝝ nō diu sustinēt. Ideo Auic. quidē ĩquit extimauerūt ꝙ patiētibus torturā timetur mors subitanea usqꝫ ad quatuor dies. Si uero hos ꝑtrāsierīt euadunt. Et uidet qd̄ sit illud cā epl'ie fortis q̄m tortura nūtiat. Et ut cognoscas an a cerebro fiat ĩquit raf. Si ĩ tōrtura operatioēs cerebri sane fuerīt ut ē ĩtellect' ratio meōria ꝛ c̄. Scito eā a cerebro n̄ causari ĩ quo casu tales diu uiuere pn̄t.

Et subdit ꝙ si tortura per mēsem aut ꝑ duos durauerit uir. aut nūquā curatur cum ea tamē diutissime uiuūt. Quosdam enim uidi ĩquit quos tortura 20. ānos ĩuasit alios. 30. ꝛ alios. 40. nullum aliud nocumētum sustinuerūt. Tortura presea sinistri lateris deterior ē. q̄m dextri ut ātiquus sapio ꝛ ipē raf. ĩquit tortus itē si febricitauerit eidē nō nocebit. ut ipsi quoqꝫ aiūt ꝙ ĩ tractatu ō palesi ꝛ spasmo supra satis tibi declaraui. Et sic patet quid tā supra futurā quā pn̄tem torturā ꝓnosticari debeas. Laus deo.

Capl'm tercium de modo materiā q̄ torturā efficit digerēdi euacuandi quoque ac de his que ĩ eius cura ad intra sumenda sūt.

t Ortura oris ĩterdum a palesi ĩterdum ut dictum ē causatur a spasmo unde quātum ad humoꝝ digestionē ꝛ euacuationē que si inequales ille fuerīt nō aliter q̄m ĩ his duabus egritudibus fiēdum erit. que siue fl'a fuerit. siue ml'ia siue colera ꝛ si rarissime ab ea fiet eam digeras tam cum clisteribus q̄m cum appropatꝭ solutiuis eam successiue euacua ut ĩ tractatu de ꝑalesi supra capl'o quĩto te docui. Et si a sañ. fiat fm maiorē aut minorē eius ĩpuritatem de eo minuēdū erit ꝛ sic coibus supfluitatib' eductis. de cephalicis prio de hic a uenis ligue minutio fiat.

Et qr ĩ cāu illo magna ē ĩterdū san: quātitas extrahēda secōdatiōnē potius q̄m uice una totum extraheᷣ fieri laudo ꝛ tūc bonū ē ut ĩ māe ab una fiat cephalicarum. Et si tūc materiā diuerteᷣ magis cupias basilica lateris oppositi ĩ fo aut cuꝫ cephalica lateris patiētis ꝛ ma

ne sequenti a uenis lingue: Sed iter cetera sunt i cura tali a ueteribus ꝯmẽdata gargarismata atq; caputpurgia õ quibus aliqua appropriata describere nũc libet. Purgatione igitur facta mane stomaco uacuo ⁊ sero ãte cenã ꝑ dies tres ꝯtinuos tale fiat gargarisma.

Quod ℞.ysopi origani thimi. añ. ℳ.i.fiat decoctio de qua accipe.ʒ.vi. oximell' squillitici.ʒ.ii.misce ⁊ fiat ut dictum ẽ gargarisma uel ꝯquassate.sinapꝭ ʒ.ii.accipies que i librã unã uini ad ꝯsũptioné tertie partis bulliat coletur ⁊ fiat gargarisma. Uel cum.ʒ.vi.sirupi acetosi ꝯpositi.ʒ.i.pl'uerizate sinapis misce ⁊ fiat ut supra. Uel hoc facies ꝙ ãtiqui i isto casu sume laudãt ꝙ ℞.origai ysopi.añ.ℳ.i.fiat decoctio õ q accipe.ʒ.vi.aceti squillitici.ʒ.i.f.hyere pigre.ʒ.i.simul dissoluantur ⁊ fiat gargarisma. Uel facies sic sinapis stafisagrie.ʒʒ.piretri macropipis.añ. ptes equales accipias ⁊ i aqua bulli de qua.ʒ viii.accipe oximell' squillitici.ʒ.ii.hyere pigre.ʒ.f.⁊ fiat gargarisma. Trib' trãsactis diebus gargarisma solum mane fiat añ uero cenã caputpurgiũ hoc. ꝙ recipit pul'.nigelle que i ifusione aceti per diem cum sua nocte ꝑmãserit. ʒ.i distempetur cum succo maiorane herbe paralesis aut auricl'e muris ⁊ fiat ut dictum ẽ caputpurgiũ. Et si fortius Acc.pulpe colloquitide castorei pipis albi.condisi.añ.ʒ.i.fiant ꝯ aqua casei pillule.de quibus una cũ aliquo de succis suprascriptꝭ dissoluat' ꝙ ꝑ nares attractũ i h̄ cãu mir' vз.Et idé fac fel ꝑdicis ãt gruis ꝯ aliq' ex p̃scriptꝭ succis dissolutũ Dũ ab his patiẽs quiescit.nucẽ muscatam in parte oris lesa continue teneat. ut mẽbri assueta figura remaneat. Nõnulli tbus retentum in ore comẽdãt.

Et alii frustrum.ʒʒ. Alii uero paululum castorei. Et ego al's ipsius castorei.ʒ.i.cum aqua uitis dissolui feci.que in ore sepe retenta incredibilit' profuit. Ras suis in experimentꝭ nucem muscatam integram ex oleo de pip'bus aut costino uel alio apꝓpriato iunctam ꝑ duas horas tã fo q̃m mane stoẽco uacuo i ore teneri faciebat ⁊ postea masticari ⁊ hoc ait huic passioni plusq̃n credi posset subuenire. Ex ꝯfectionibus ualet tyriacha magna.mitridatum quoque ⁊ õ quo libuerit ad auellane q̃ntitatem cum modico uini aut melicrati i aurora dabis. Et cum i sero dormitum iuerit.a.ʒ.i.usque ad duas ellectuarii.de musco dulcis aut tãtumdẽ plirisꝭ cuз musco.⁊ hec sunt que i cura ista ab itra sumẽda sũt.La' õo am.

Capl'm quartũ de his que i curẽ torture ab extra sũt approximãda.

In cura torture ex his que ab extra ꝯueniũt sũt ũctiones uẽtose.ẽplastrationes sacellationes ⁊ euaporatoria. Et ut statiз ad actum practicum te deducam sup spondiles colli superiores.quia isti nerui faciei motum atq; sẽsuз dãtes oriũtur uẽtosam sine scarificatiõe.poni facias que per dimidiã horã ad minus dimittat'.

Qua ãmota ex oleo costino calido aut de piperibus uel de terbẽtia. aut de ben spõdilium locus iungat' ac faciei ps lesa. Illinc aũt ad.ii.aut.iii.hor'.saccellũ ex calõ sale repletũ dictꝭ spõdilibus applica ⁊ cum icipit ifriari remoue q̃m postea calidũ iteꝝ suppone quo aliquotiẽs fcõ ex p̃scriptoꝝ.oleo aliquo ut supra locũ iunge. Quod si ũguẽtis appropatis aut emplastris uti libet i cura

palef q̄re ſeptimū capl'z de his eni te ha būdātem efficiet. Uez̄ i caſu illo ille bonus noſter Meſue euaporationes plurimū cōmēdat. Jnquiēs ꝙ illiſ po ſteriores uſi ſūt ⁊ iuenert.ea fore iuua mēti ſublimis ⁊ ꝓprie quādo uaporat̄ ex eo pars capitis poſterior ⁊ collū atz ſpōdilia ceruix mādibule ſpōdiles atqȝ frons. Et euaporatione facta ſpōdi lia ex fece uini ēplaſtrari iubet.faciaserg o Acc.yue yſopi calamēti ſticados la uēdule floꝝ lauri corian̄.añ.ʒ.i.aceti li bras.iii.bulliāt ſiml'.ex qb⁹ poſtea locis dcis fiat euaporatio ⁊ ſucceſſiue ūctio uel ex fece uini ut ipſe i quit emplaſtrati o. Uel facias ſic accipe yſopi ſtica dos origani piretri flo. foliorum lauri ſinapis camoille melliloti maiorane ma rubii añ. partes equales coquāt̄ ⁊ ut ſu pra fiat euaporatio ⁊ deīde ex coſtio o leo ul balſamio.aut deben iunctio fiat.

Laudat itē lotionē faciei ex aceto ꝺ coctionis ſinap̄. Preſcripta euapo ratio comuīt ſic fit. Nam īfirmus ta liter ſituatur ut reꝝ p̄ſcriptaꝝ uaporez tam ſuper collum q̄m partes al' prenar ratas recipe queāt. Sed ego has e uaporationes ſic fieri facere cōſueui. Cādentem lapidē ex decoctiōe aliqua p̄ ſcriptaꝝ aſpſum.pāniſ lineis īuolui faci o ⁊ iuxta loca predcā reponi ⁊ r̄frigera to lapide caleſieri. Jteꝝ pōt ⁊ iuxta loca iteꝝ apponi remoto latere ūctioēs ſeu ēplaſtrationeſ pro libito fac. Et ſic illa applicādi modū habes que exī⁹ ī cura torture ꝯueniūt.Laus deo.

Quītū ca^m de eius torture cura q̄ a ſpaſmo ꝓuenit.

ſ J a ſpaſmo fiat taliter materī a digerat̄ purget̄ quoqȝ qua liter i cura torture a paleſi.cāte fit ⁊ ſic ꝑiter de his que ad ītra ſumūtur facies Sed quātum ad ea que extrinſecus applicātur ad capl'm.vi.i cura ſpaſmi r̄ curſum habeas. Sed colli ſpondili bus ⁊ parti leſe ſemp applicāda remedi a que tamē ut i illo ca⁰.p3 ab his que in paraleſi ꝯueniunt uariātur ⁊ tu uiꝺ ibi qr capl'm illud talē curā te fideliſ edoce bit. Gargariſmata ac caputpurgia illa facies que ī capl'o tertio huius trac tatus ꝺſcribūtur.Et ubi cura p̄ſcripta te fallat rubificātes medicias poſt aurē ptis leſe iubent ueteres appōi. Et ꝺ hic ex altea butyro uel alio locū iunger̄

Et ſic quātuz ad medicialia torturā omnē modū curādi.habes ea excepta q̄ ꝓuenit a pūctura cuiuſ curā ſiue pūctu ra illa uenenoſa fuerit ſiue nō.ſeptimuz capl'm de cura ſpaſmi tib. clare mōſtra bit.ad quod ubi opus fuerit recurſū ha be. Et ſic omniſ torture tā que a ſpa ſmo q̄m q̄ ꝓuenit a paleſi medicialiū cu ra finitur.Laus deo.

Capl'm ſextum de regimīe ſex reruz nō naturaliuz ī cura torture obſuādo.

z Eſtat ut huius difformis paſ ſionis cura pfecta ſit de regi mine reꝝ ſex nō naturaliū ad diſcernere ſpſum igitur quo ad cibum ⁊ potum ſomnū ⁊ uigiliā motū ⁊ quiete inanitionē ⁊ repletionē ⁊ an me accidē tia taliter obſeruādum ē qual'r ī cura p aleſis atqȝ ſpaſmi dictū fuerat ueꝝ ab il lis regimē aeris aliqualiter uariat̄.naz in paſſione hac oculus unus ſemp pati tur.⁊ hui⁹ cauſa ut īquit Raf. ī loco obſcuro eſt eger ſituādus qr aer luioſ⁹ ſpiritus uiſibileſ diſgregādo uiſū ml'tuz debilitāſ aeris uō obſcuritas ꝯgregan⁹

cōfortat. Debet quoqȝ sepe ⁊ i specu lo patiēs ītueri. ut faciei difformitate in specta eā ad naturalē reducere conetur

Laudat item bonus Raſ. ꝙ post di es aliquot patiēti bonū sit tibias pulsar̄ ac aliis cum istrumētis musicis fistular̄ qr labia simľ iūgēdo melius figura oris iformabit̄. Laus deo.

Tractatus. ix. de tremore unū i se cō tinēs capľm i quo quid ipse sit iuenies q̄ eius cause que tāȝ ꝓuocata q̄ȝ ōmōst:a tiua signa ⁊ qualit̄ eum quoque curare debeas.

T Remor de quo adiuuāte deo presens erit. sermo nō minus ē cerebri atqȝ neruorum passi o q̄m palesis q̄m spasmus q̄m tortura.

Et i causis ut patebit cum illis quo que comunicat atque ipsoꝝ fere una ⁊ e adem ē cura qualit̄ pn̄s locus sibi digne concedit̄. Ut igitur ad reȝ statim ac cedam tremor fit cum uirtus motiua m̄ bꝝ rectum tenere conat̄ ⁊ ꝓpter ipsius mebri grauitatē nequit ⁊ sic iter. uirtu tem ⁊ cām tremoris ut ifra loquar cōti nue quidē duellum fit in quo uirtus mē brū rectum tenere conat̄ ⁊ mor⁹. ad bo num itellectum deorsum traher̄ ⁊ sic cā tur morbi ꝯrii sursum ⁊ deorsum ⁊ ꝯn̄ tremō. Et hoc ē illud ꝙ dicit Auic. tremorē diffiniēdo tremor iquit ē mor⁹ officiaľ eueniēs propt̄ defectū uirtutis motiue a motu lacertoꝝ ſm ꝯtinuitatē ꝯparem grauitati compari. s. mēbri tre mētis uitio nitēti. i. impediēti sua motio ne motionē uolūtariā. Et per hoc i telligit ꝙ uirtus lacertoꝝ defecta. nitit̄ mēbꝝ rectum tenere ⁊ sic per cōtinuati onē fit compar grauitati mebri que cō tinue ꝯnaturalr̄ deorsum trahit. Et sic talis motione ipedit motionē lacerto rum uolūtariā. Cum igitur prime due potētie. s. uirtus motiua lacertorum que membrum nititur ⁊ grauitas mem bri continue trahens membrum natura liter deorsuȝ per paritatem continētur mod⁹ etiam ille. s. sursū et dorsū cōtinua tur et per ꝯn̄s tremor q ut pȝ est cōpo situs ex motu lacertorum nō uoluntario et motu nāli. s. grauitatꝫ modi que natu ralit̄ deorsum trahit. et sic ytȝ hec dif finitio Auic. cuiꝫ ꝯuenit tremori. Sed ut meo ꝓposito pertinet alia ⁊ de tremo re fienda mentio ꝓ quo me sn̄e. Gal̄. pt⁹ de mor⁹: capľs 2ᵛ. et quito cōformā•

Tremor est duplex. s. materiaľ et in materialis et materialem uoco qui ab a liqua mala qualitate sine materia fit ad bonum intellectum ut a punctura aliqᵃ uenenosa uel a frigiditate intensa spiri tus corrumpente uel acentrante a cali ditate resoluente. ab accidente anime t̄ ribili ut ab ingenti timore a quo spirit⁹ petunt. cor a gaudio superfluo p quod exalant ab ingenti ira et a coitu supfluo per quē spūs resoluūtur et a cōsimilibus et omnis talis tremor imaterialis per re motionem seu mutationem causaꝝ eum efficientium facile curatur materialē uo co qui a materia fit et hoc dupliciter qr aut a materia mobili aut a materia quie ta. a materia mobili ut fe. sepe cōtingit in quibus materia supra musclos ex̄ ua sa expellitur ⁊ tremorē efficit ⁊ de tali n̄ ē sermo. quia cito recedit ⁊ āmcta fe. nō reuertitur. Alio⁹. cum materia i mēbro uel i mēbris quieta manet debili tans uirtutē motiuā cuius nerui sunt. i strumētum aut cum i origibus neruoꝝ sit quedā facta opilatio cuius cā ad mē brū cui nerui illi ōseruiūt spiritus liber̄ trāsire nequeūt. Cum igitur materia i

la ī mēbro quieta manēs cum naturalit̄ sua grauitate deorsum trahit ⁊ uirtute illa motiua quamuis debil' grauitāte fit modo quo supra dictū ē tremor ⁊ talis fit de ītētiōe hui⁹ capl'i qui neruoꝝ passio a materia ī eis ībibita.uel ab opillatione in originibus neruoꝝ causata ꝓueniēs p quā tūc ī mēbris quib⁹ nerui illi deseruiūt liber spirituū trāsit⁹ ꝓhibet̄ cuius cā ac etiam grauitas imbibite materie uirtus motiua debilitata mēbra ī suo situ retiner̄ nequit ⁊ sic illis deorsū grauitate sua trahētibus ⁊ cōtinue uirtute grauitāte motus.cōtrarii fiūt quos tremorē appellamus. Et talis quādoqꝫ caput quādoqꝫ manus ⁊ q̄nqꝫ brachiū unum ul' aliquod mēbrū aliō tenet. Et hec diuersitas accidit ꝓpter opilationē ī originibus neruorum illi mēbro.tremti deseruiētiū factā ⁊ non ī aliis. Ex quibus satis patet ꝙ oīs ille tremoris cause esse possunt que ⁊ paralef quas si scire cupias ī tractatu de palesi capl'o p̊mo ordiate cōpies. Quod si eas noscer̄ uel demōstratiua signa ī.2°.capl'o quere

Quātum uero ad ei⁹ ꝓnostica si tremor senibus accidat nūquā ul' magna ꝯ difficultate ꝓpter uirtutis debilitatē curam recipit. Item tremor sinistri lateris deterior ē q̄m dextri. Tremor item si diu durauerit bonum patiētē in paralesiꝫ deducet ꝙ utqꝫ ē dispositō satis ꝓpiqua sibi ⁊ sic ad curaꝫ ē festinandum quā ī cura palesi tā rōe digestiōis materiei q̄m eductionis.q̄ꝫ eoꝝ que ab ītra sumūtur siue sirupi fuerit atqꝫ decoctiones siue pulueres siue cōfectiones: Et etiam eoꝝ que ab extra siue balnea stufe embrocationes uētose ēplastrationes siue ūctiones fuerit completā īuenies. Senibus uero pluribus quibus defectu uirtutis ⁊ terrestreitate mēbrorum tremor accidit ⁊ his quoqꝫ qui lōga defecti sunt egritudīe alia nō ē fiēda cura.nisi ut pro posse uirtus subleuet̄.

Et sic habes quid sit tremor que cā qualia signa tā ꝓnostica q̄m demōstratiua ⁊ ubi curam īuenire debeas ꝙ hui⁹ tractatus qui ī hoc solo capl'o finit̄ ītētio fuerat.

Tractatus 3⁹decim⁹ de stupōe h̄ ī se cōtinēs capl'a.

Primū capl'm quid sit stupor.

Stupor capitis duplicit̄ uno⁹ pro diminuta operatione.uirtutis anim̄l'cis sepe cōtingit qui diu rem unam īmotis oculis ītuētur ⁊ quibusdā quoqꝫ nō anim̄l'cis qui oculis semiapertis ⁊ īterdum tam: totalr̄ tamē aptis uisum ī locum unū totaliter fixum tenēt.⁊ hec illis ꝓpt̄ materiā frigidaꝫ ī cerebri prora existētem ꝓuenit etiā ⁊ quādoqꝫ propter colligātiam pupis ī q̄ materia frigida multa cōtinet̄.unde primi subetiam ⁊ secūdi litargiā facile īcurrunt ⁊ talem stuporem mētis stuporeꝫ appellamus. Sed stupor alius de q° ē sermo duobus modis cōtigit uno modo ꝓpter spirituū paucitatē q̄n scꝫ.ī originibus neruoꝝ aduenit opilatio sic ut spiritus sēsitiui habūdātes mēbra trāsire nequeūt siue ab apāte siue ab huōre siue a quacūqꝫ re alia ī uiis spirituū opilationē facere potēte ut ē ītēsa frigiditas supflua caliditas strictura mēbri seu ligatura casus seu percussio seu aliud simile. Alio⁹ fit a pūctura ueneno sa uel ex tactu rei stupefaciēdi uirtuteꝫ habētis uel ipsius ītus assumptiōe ⁊ talem stuporē modis duobus fieri cōtingit. Unomō cā spirituū qui ī se talē

dispositioné acquisierūt ut uirtuti tacti ue debitū esse non possit istrumétum.

Aliomō causa mébri q taliṫ per illa stupefaciéda dispoītur ⁊ c̄. ⁊ si sp̄s ut i fra dixerim adhuc sani forét. ⁊ sufficien ti i quātitate ab ipso tamé mébro taliṫ i ficiūtur ut ipsi⁹ uirtutis tactiue debitū nō sit istrumétum ⁊ sic modis tactis fit stupor qui ē mébri dispositio p quā ip̄z paꝝ aut nihil sentit. Stupor igiṫ ni hil aliud ē q̄m mébri ablata uel diminu ta séSatio ꝓpter tactiuoꝝ spirituū pau citaté aut ipoꝝ seu mébri idebitā dispo sitioné ab alicuius ꝛei mala qualitate eis dem ipressa causata. Ueꝝ si ōbil' stu por fuerit tremoré ⁊ si fortis paralesiꝫ seu mollificationé iduc̄. Jōo Aui. iquit é morbus officialis faciés euenire i sésu tactuali nocumétū.s. aut destructi oné aut diminutioné cū tremore si é de bilis aut mollificationé si é fortis ⁊ c̄.

Et propṫ hoc dixerat supra q a nō nullis dictio stuporis poniṫ sinonima dictioni palesis. cum faciliter i eā trāse at. Et sic patet quid sit stupor q hu ius capl'i itétio fuerat. La⁹ deo.

Capl'm fm de causis stuporis.

Stuporis cā extriseca ⁊ itrise ca esse pōt. Extriseca qui dem res quelibet que i neruis seu i uiis spirituū cohartationé talé ne spiritus ad mébra trāsire queāt facere possit aut que spītibus ipsis igrossatio né seu aliquā aliā malā qualitaté iduceṙ ut mébri ligatura seu strictura casus p cussio aut excessiua sola frigiditas ⁊ sic cui⁹libueꝛit ṙi siue aeꝛis siue aq̄ ⁊ ceťa m̄ bra cohartās ⁊ spirit⁹igrossās Cali ditas quoqꝫ nimia huiditaté resoluens siue aeris siue balnei. siue alteri⁹ rei fue rit. Tunc enim in membris cohar tatoria fit opilatio. ut in febribus adhu rétibus i quibus fit stupor sepius é uiō re ⁊ talis é signū mortis. Aliqua sūt cōsimiliṫ que ⁊ si spiritus igrossāt cum hoc tamé talé adhuc i eis uel i mébris q̄ litaté iducūt ut tactiue opatioi habiles non reddātur ut é de tactu illius piscis qué Auic. recitat uel de opio iusquiaō mādragora uel ꝯsimilibus siue extra si ue ad itra approximétur talia nāqꝫ nō sua sola uirtuali frigiditate mébra seu spiritus ispissāt. sed eos cuꝫ hoc quadā uenenosa qualitate ificiūt per quā mem bra ipsa stupida fiūt ut i meo ō uenenis ō opio ⁊ iusqaō ⁊ ꝯsilib⁹lati⁹ ōclaraui.

Supflua ité fritas ⁊ huiditas spiri tus. humectādo sepe stuporem inducit ut aeris seu aque siue cuiuslibuerit al terius rei humectandi ac ifrigidādi uim hn̄tis ut nimia quies somnus nimi⁹ nau seatiua sacietas. Et ita ꝯsimiliter de ci bis ⁊ potibus diceñ. é. siue cibi ⁊ pot⁹ absolute dicantur siue cibi ⁊ potus me dicinales ⁊c̄. ut sūt lactuce eudiuia seia frigida papauer iusquiam⁹ ⁊ silia ac fer cl'a ō pasta ⁊ spflua aq̄ potatio illa quo que sepe stuporé inducūt que sua nimia caliditate spiritus paucificant ac resol uunt sic ut per tactiuā opationé ipsi mé bro quātitas debita nō adueniat. ut sup fluū exercitium lōga quies nimia famis tollerātia superflua potétis uini bibitō reꝝ calidaꝝ comestio. ⁊ coytus supflu⁹ ⁊ sic modo suo dicédum é de supfluis a nime accidétibus. Et omia ista que statim dicta sūt quātū ad extrisecas cās se tenét quod si alia repiaṫ ad istaꝝ ali quaꝝ sunt reducibilia. Quātum ad itrisecas omnia que i originibus neruo rum seu i neruis ipsis p quos ad mébra spiritus deferūtur opilationé faceṙ qūt

stuporis cā esse possunt ut sua nimia q̄n titate san. opilās aut uiscositate flā. aut mľia sua grossitie. Colera uero nisi rōe qua humoribus dat igressum raro ymmo rarissime fit stupōis cā cū sua caliditate atque subtilitate potius stuporem ꝓhibeat. Coľa tam̄ uitellia sua i terdum grossitie hoc efficere posset.

Et iste sūt que pro cāis itrisecis stuporis assignātur ex quibus omibus taꝫ itrisece q̄m extrisece stuporis cāe patét Laus deo.

Capľm tertium de signis stuporis ō mōstratiuis.

q Ui stuporis cās p demōstratiua signa inuestigare uoluerit quātum ad extrisecas p ordinem supradictum eas ab ifirmo uľ ab astātibus iuestiget ipsoꝝ eni relatu i dictarum causaꝝ cognitioné facile deuenies. Quātum uero ad itrisecas si sanguis i causa fuerit erunt replete uene ꝛ maxime i oculis apparétis rubet facies somnolétus erit ifirm⁹ cuius facies ac si balneum egrederet̄ sepe iuadet pulsus erit plenus ꝛ ūdosus uria rubea ꝛ grossa. Qō si etas ꝯplexio tépus anni regio ꝛegimé p̄cedés ꝛ similia. ut supᵃ san. attestātur eum i causa esse non dubites. flā uero ubi sit i causa albet facies infirmus sepe riget uria alba erit ꝛ spissa pľsus cum q̄dam diuersitate mollis. Quod si etas ꝯplexio. ꝛ c̄. flāti attestāt̄ ipsum erit i causa quod plurimū accidit

Et si mľia uene parue erūt patiens saturninus pulsus durus ꝛ rarus uria subtilis ꝛ alba ꝛ ubi ꝯ⁹. precedés r̄gim̄ ꝛ talia sup humoré mľicum significarét illa erit i causa. Colerā uero cognosces ex complexiōe etate tépore āni ꝛ c̄ Et pulsus erit uelox i cōpatione ad supralscriptos cum aliquali tam̄ diuersitate urina ad igneitaté tédet. Et quia totius super istos humores cōuenétia signa descripsi hec paucula quia i cap⁹ de paralesi de hiis te satis habūdātem feci. ad quod si opus fuerit recursū habe. Et i tātū ō ꝓnosticis signis dictum sit laus deo.

Caplm̄ quartū de signis ꝓnosticis stuporis.

u T de stupore recte ꝓnosticari queas illa sūt tibi notāda q̄ in cap⁹ proprio bonus Auic̄ describit quia si stupor cerebri causa fiat sic ꝙ in originib⁹ neruoꝝ fuerit opilatio q̄ꝫuis nō itegra tūc stupor erit in toto ꝛ nisi pauperculo succuratur ꝯpletur opilatio ꝛ bonus patiés factus apľicus quiete ibit ad iferos nō rediturus

Sepe tamé nō tā magna illa erit opilatio ꝛ sic stupor i paralesim termiatur Quod si materia illa aliquid corruptionis habuerit i se fit bonus patiés apľic⁹

Cm̄ etiā stupōis causa exit in nucha quo i cāu iterdum neruoꝝ origini i spōdili aliqua fit opilatio ꝛ iterdum nō origini: sed i ramis neruoꝝ. Et tūc mébrā quibus nerui deseruiūt stupida fiūt.

Stupor. igituꝛ i quocūqꝫ mébro fuerit si diu perseuerat illius mébri palesim futurā denūtiat. ꝛ si materia fuerit grossa spasmū ꝛ qualis illa fuerit si i uétum ꝯuētituꝛ. causabit alcuꝫeꝫ. Ex quib⁹ patꝫ ut i ꝓnosticis de tortura supra dictum fuerat. quod stupō faciei perseuerās futurā torturā significat. Stupor preterea qui ex euōne materiei nō curatur si uertigo superuenerit i apľiam paup culū patiétem deducit. Et i hoc sig⁹

stuporis pnostica terminantur. Laus deo.

Caplm quitum d cura stuporis.

S I stuporē rcte curar uel an a cāis extrīsec an itrīsec fiat tibi considerandum erit Qd si ab extrinsecis eas ad cōtrarium permutes est necesse. Sed quia tam super membruz quā sup neruoz originē aliqua que malam inductaz stupefactiuā qualitatez remoueant sunt sepius applicanda. uētos interdum forsan opus erit uel balneis stuphis embrocatioibus unctionibus siue emplastris & hec omīa i cura palesis ordinate compies. et idem fiet si humor aliquis in causa fuerit. Nam digerendi modus euacuādi quoqz illic satis habū de describitur et consequentur de omnibus fit que tam ad itra q̄z ab extra applicanda sunt. Et si san. in causa fuerit fm illic descriptum modum eum minue quia ex sola habundanti minutione hec passio sepe curatur. Et nō solū illic medicialia. sed huic quoqz cōueniēs regimē sex rez nō naturalium illic adiueies & sic illa mihi i hoc loco describer superfluū uideretur cum ut patuit eisdē i locis & eisdem a causis a quibus & paralesis stupor generetur. Qua ex re caplm pns tractatui de stupore finē ipoit. Laus deo amē.

Tractatus decimusquartus de sabara seu superflua uigilia i se nouē ptinēs capla.

Primū caplm quid sit sabara seu superflua uigilia &c.

Q Uam nos isomnietatē seu uigiliā supfluā appellamus. sabaram greci uocant. p cuius habenda notitia sciēdum q somn ut in tractatu d subet dixerā ē pp duo aialib necessarius. Primū ut resolutioz in uigilia spirituū p euz restauratio fiat Secundum ut caloris facta retractione p eū melior digestio celebret. Ex q p3 q nisi somnus esset tā pp nimiaz spirituum resolutionē quā infectaz digestionem homo piret in breui hac ex cā inter res nō naturales tam hōi ad bonum itellectum necessarius sōnus ipe ac uigilia cōputatur et talis ē duplex. s. naturalis & nō naturalis. Somnuz illū naturalez uoco per q̄z homo suas debitas pōt operationes exercere. Qd si quauis causa lōgus ita fiat q operatiōes impediat eū nō naturalē dices & supra subet talem appellaui. Ex quibus p3 q sic naturalis somnus ē q operationes debitas nō impediēs minime ad se curaz uocat. ita & naturalis uigilia cui tn̄ debitā longitudinē non plus metiri quā somni possem illā itaqz supfluam dicel q operationes ipediēs ad se curā uocat & hec ē illa quā greci sabaram uocant q3 ut p3 nihil aliud ē quā quedā intrinseca pter naturalis dispositio que hominē tantuz euigilatuz tenet ut indebitas opatiōes exercer nequeat. Et sic hēs qd sit sabara qd hui capituli pncipalis intētio fuerat. Laus deo Amen.

Capitulum secundū de causis sabar.

C Um somnus ut patuit p opillationē. uiaz primi uentriculi cerebri fiat cui potissima cā ē frigiditas & hūiditas oppositam. sibi uigiliam per deopillationem illarum ui

arum aut apertionem necesse fieri est.

Et huius cā generalis caliditas exist. tam sine materia q̄m cum materia atque siccitas potior tam̄ ē caliditas qr spiritus igneādo mobilis ualde eos efficit. Ex quo patet quod omnia illa q̄ i uiis illis opilationē ꝓhibere. apta sūt uigilie cā esse possūt ꝛ tales ab extrīsecis aliqñ sunt ab ītrīsecis. Extrīsece quidē ut aeris balnei uel cuiuslibuerit alteri⁹ caliditas atq̃ siccitas excessiua splendor quoque grādis superfluū exercitiū tollerantia nimia famis. Cibi excessiue calidi. ut porri cepe allea alleata omīa atq̃ piperata ꝛ ad hunc modū de aliis ac cibus quilibet uētosus ꝛ potissimū qui sōnia iducit terribilia ut fabe ꝛ c̄. ut ait Auic. īdigestio oīs ac nimia ciborū repletio talia eniꝫ ad cerebꝝ fumos putridos facile mandant et opillationē ꝓhibentes sabaram inducunt nimiam item undecunq̃ fiat euō et illa maxīe q̃ a solutio farmaco de cuius natura est sitim inducere ut est euforbium. prouenit potus itē calidus siue naturalis siue potentis uini ut de interioribus 3°. recitat Gal. ō illo ſ qui pp potētissimi uini bibitionem perpetuas uigilias passus est siue artificialis ut mellicrati uel ad modum uulgariū nectaris siue clareti. Et superflua quoq̃ aīe accidētia uelu ti gaudiū igēs lōga tristitia assidua circa rem aliquā cogitatio ꝛ similia. ac coitus superfluus ꝛ ab eo similit̄ nimia abstinētia ut icōtinētibus pizochariſ sepe ꝯtingit qui bruni fulti barba ꝛ iuuenes existentes ociosi atq̃ plurimo utunt̄ cibo potētiq̃ uino horum eni causa multo tales habundāt in spmate a quo diu retento fumi ad cerebrum elleuantur ꝛ nō solum. tūc uigilias īducūt. sed īterdū maniā: ut i tractatu de mania deo adiuuāte patebit ꝛ ul̄r. itēm omnia illa sabaram iducere possunt que subeticuꝫ uigilāt de quibus tractatu suo mentio facta ē. Intrīsece uero cāe nōnulle ex humoꝝ parte se tenēt ꝛ hi colera ml̄ia ac flā salsum nitrosa quoq̃ humiditas. ut ī decrepitis ē uidere ꝛ i his potissimū. qui cerebrum siccū habēt dolor itensus sepe dictā sabaram īducit. ut i colica yliaca ꝛ renali dolore emoroydali ul̄ ab epate facto seu a solutione cōtinui. ul̄ q° modocūq̃ aliter. In fe. etiā frequenter illud accidit ī quibus mōdicatiui fumi ad caput eleuātur. Et hec ī sūma tam itrisece q̃ extrīsece cause sūt sabare. ꝙ si ab istis alie īueniātur ad istaruꝫ aliquam erit reducibil̄. ꝛ per h̄ pn̄ti c⁹ fine ipono. Laus deo amē.

Capl̄m terciū de signis sabare ꝺmōstratiuis.

Si aliqua extrīseca cā sabaraꝫ iduxerit. ꝛ ordinate ꝓ ut in p̄cedēti capl̄o descripte sūt caussas iuestiges p ītirmū aut per astātes ī earum cognitionē facile deuenies.

Quod si aeris balnei uel alterius extrinseci caliditas atq̃ siccitas excessiua id effecerit. seu splēdor nimi⁹ aut supfluum exercitiū ꝛ sic ō cāis aliis ibidē enarratis īfirmus ipē aut astātes te stati certificabunt. Ueꝝ aīe accidētia passionē hāc frequēter causant de quibus subtiliter iuestiga. Nam patiētes et maxime ml̄ieres timiō uel forsā filocapte. ut eas nō manifestāt pudor cogit. ut nōnunquā expertus sum. Sed si cause extrīsece fuerint. ut col̄a mlia et salsuꝫ flā. et c̄. per ꝯ⁹nem etateꝫ precedens regimē tēpus āni et siml̄a facile deprehēdes nā super quē humorem illa magis

attestāt᷑ is erit in causa nitrosā uero hu miditatem cognosces ex capitis āt toti us grauedine. Et quia tā ab oculis quā ab ulcerib⁹ continue superflue hui ditates emanant. Illā autē quā do lores aut fe. efficiunt ipsā tibi ea mani festabunt. Si igit᷑ hic paucula q̄ dic ta sunt bene notes ꝛ ī notitiā cāꝝ sabar᷑ facile deueniest. Et ī tātū de signis ō monstratiuis dictum sit. Laus deo Amen.

Capl'm quartū de ꝓnosticis sabare.

S I sabara diu durauerit ad pessimas egritudies ifirmum sepe deducit. ut ad maniā mľi am frenesiȝ ethicā acutas fe. ꝛ ad mľtas alias que ex humoꝝ fiūt corruptione ip sa nāqȝ spiritus resoluēdo mēbra desic cat hu. iflāt digestiua cōrumpit. ūde cā tur malicia coloris iflātur palpebre fit īterdum caceticus ꝛ sic uarii ex ipsa mō bi cōcreātur. Item si alicui sabare pseuerauerit. morietᷓ ex ea Auic. capl'o proprio ꝛ rursus iquit ꝙ sabara ueiēs ī senio ꝛ maxime ex ꝛ ılāte baurachino ꝑ uam curā recipit. Sabara itaqȝ per seuerante pronosticari poteris ī aliqua ex egritudinibus tactis pacientez facile casurū. Et hic sabare ꝓnostica finez accipiunt. Laus deo Amen

Capitulum quintum de hiis que hu mores in sabara peccantes digerunt e uacuant quoqȝ

U T deīceps ad sabare curaȝ cō descēdam uidēdum erit an ea a sola qualitate sine materia fi at an cum materia. Si sine materia. ut īfra deo adiuuāte describā facies.

Si cum materia peccātē humorē ꝯ sidera ꝛ eum ſm exigētiā digeras edu cas quoque. Si igitur colera ī cā fu erit acc. oxizachare simplicis. ℥. i. ß. uel sirupi acetoſ. simplicis uel tātumdē aq̄ lactuce cucurbite uľ ēdiuie. ℥. iii. ꝓ una uice misce et de hoc totiens sumat do nec digestā compřhēdes quā postea sic educes. Cassie nouiť extracte. ℥. i. acc. ꝛ cuȝ aqua fructuū aut decoctiōe capiľ ue. cassia ꝛ aliis solutiuis que Mesue ī illis poīt omissis eā dissolue cui adde e lectuarii de succo roſ. ʒ. iii. sirupi uioľ. ℥. i. ꝛ fiat potus uel loco cassie māne. ℥. ii īpone ꝛ loco electuarii ō succo roſ. reu barᷓ. ʒ. ii. ß. ī aqua ēdiuie uel lactis infusi cū granis. iiii. ſpice ꝛ bono uīo per pri⁹ irrorati expressionē accipies. ꝛ. ℥. i. siru pi uiolati addita cum māna uľ cassia po tionem facias. uel accipe electuarii de succo roſ. ℥. ß. ꝛ cum quanto sufficit zu chari bolus deauratus fiat. Uľ da ʒ. i. pilulaꝝ agregatiuaruȝ uel de r̄ubar baro. Ex pro tali humore digerendo e uacuādo quoque hec paucula sufficiāt

Quod si tibi quicq̄m deficeret r̄spice supra tractatu de dolore capiꝭ capl'o sexto. ibi enī plīma tam digestiua q̄m so lutiua īuenies ad hoc tuum ꝓpositū fa ciētia. Si autē mľia ī cā fuerit loco si rupi ace. simplicis aut oxizachare siru. uioľ. acc. ꝛ cum p̄scriptis mixtuȝ aquis totiēs exhibe ꝙ tibi digesta materia ui deatur. Et pro solutiuo loco electu arii de succo roſ. in potionibus cōfecti onis hamec tatūdem pones uel. ʒ. i. pilľa rum īdarum dabis. Quod si tam di gestiua q̄m solutiua uolueris capl'm de cimūquartum tractatus de dolore capi tis supra require illud eniȝ te de his ha būdātē faciet. Ueꝝ ubi salsum fľa in cā fuerit. Acc. oximelľ simplicis. ℥. ii.

.F. 4

syrupi de fumoťre.ʒ.i.ß.aque lupulis a que scabiose ⁊ fumiťre.an̄.ʒ.ii.misce.

Et si magis delicatuȝ habere libet ꝑ uicibus duabus eum clarificare iube ꝺ quo toties dabis ꝙ materia digesta sit. Et tūc pillulaꝝ de fumoťre pillaruȝ co chiarum descriptione almāsoris.an̄.ȝ.ß acc.diagridi grana.ii.⁊ fiāt pillule .vii. quas exhibe. In forma potabili. ℞ cassie.ʒ.i.⁊ cum decoctione ysopi stica dos capil.ueneris floꝝ boragis buglos se uiol'. liquiritie passul'. cuscute ⁊ epi thimi dissolues quibus dissolutis adde diasi niconis cōfectionis amec.an̄.ȝ.i. ß syrupi uiol'.ʒ.i.⁊ fiat potus. Vel ali ter accipe agarici.ȝ.ii.salis géme .gra. iiii.ʒʒ.ȝ.ß.oximellis squilitici.ʒ.i.et hec infusa in aqua lactis hoř.x.de.hinc for tis fiat exp̄ssio quā ꝯ manna āt cassia su prascripta misce confectionis hamec.ȝ.i addēdo et fac potuȝ. Et sic habes si in sahara aliquis humor habundaueřit qualiter sit digerendus educēd⁹ quoqȝ ꝙ huius capl'i intentio fuerat. Laus deo.

Caᵐ sextū de reꝝ sex non naturaliū regimie.

Cum medicus p̄ma uice ad uisi tandum sabarraticū uenerit et sex rerum non naturaliū sibi re gimen ordinet dignum est cū igiť splen dor ut in causis habuisti sit sabare ple runqȝ causa in obscuro aere erit patiēs colocandus quieto q⁰ qȝ sine pulueř sie fumo ac sine malo odoř q̄ȝ cū ħ ad frigi dum ⁊ humidum declinet facito. Qꝺ si in loco esset in quo fluuius cū fragore quodaȝ decureret nihil supra hoc tamē nostre tempestatis armigeri leuiter face rent qui sepe super flumina ex arborib⁹ cum foliis ac tempore suo cū redolētib⁹ flo.sibi mansiones faciebant.circa quas auicule sepius dulciter garriunt. Cu igitur modo fieri possit patientem tuū in tali aere collocabis. Artificialem tamen aerem ī propria domo facere po teris cum herbis scȝ suis cum floribus odoriferis pauimentum substernēdo ar borum quoqȝ redolentiuȝ frondes hinc inde situando super lectum rursus ⁊ ce tera liteamina in aqua odorifera balnea ta locabis .uerbi ergo aerem frigidum ⁊ humidum non habueris euȝ taliter ar tificiatum sibi facito qui quoqȝ aliis mul tis modis fieri pōt .ut sepe ī meis comē tariol' diserui. Aliqn̄ in fundo perfo ratas situlas aqua repletas habui que in conchis quibus degutulabant talis namqȝ ad sōpnum inducendum rȝ mul tum patienti tuo quietem iniunge a diꝰ sis cogitationibus euȝ distrahe ꝙ si ni mium propter gaudium sabarra fieret aliquod triste nouum fac nuncietur ⁊ ꝑ oppositionem si nimia tristitia illud effi ceret .bona noua que q̄ȝ uis ficta verisi milia tamen nuncietur ⁊ de ill' maxie no ua fiant quibus se oblectari cōsueuerat dulces iterum cātilenas bonū ē.ut īter dum audiat musicalia quoqȝ īstrumēta delectabilia. Quod si nimius coyt⁹ ī causa fuerit a cōsocia eam sermōe uel saltem sēper secum aliqui ꝯmorētur q⁰ rum reuerētia se a coytu abstīeat.

Ille aūt qui propť retētū spma dormiř nequit sua cum uxore tm̄ cobeat ꝙ sp̄a illud totū uenenosum emittat. Pro chartis uero abstinētibus ī pāe ⁊ aqua ieiuniū īiunge ⁊ ab eis oīa que spma mľ tiplicāt aliena. Et ne esset a lege pro hibitum bichia iuuenis eū liberaret pa tiēter igiť id sufferat.qr si se de nocte al tissimo ꝯmēdauerit illico īdubie libera

bit. Patiēs tuus ut sobrie uiuat fa
cito. Quaqȝ iteꝝ die ut uētris habe
at beneficiū ꝓcurat. Et uidet natu
ra pigra for. accipe malue blitis mercu
rialis ⁊ floꝝ uiol. añ ℳ. iii. fiat decoc
tio. de qua accipe. l. i. s. i qua. ℥. i. s. cassi
e dissolues uitellis duoꝝ ouoꝝ. ⁊. ℥. iiii
olei uiol. ⁊ ꝯ modico sal. triti fiat cliste
re. Et quia toto posse somnū queri
mus ad reꝝ sex nō naturaliū dictionē cō
plēdā solū cibi ⁊ potus rē. ponere rstat
ꝙ q potius cibus medicialis sitq̄ȝ cibal.
Carnes itaqȝ nisi alterate fuerit nul
las manducet elixe poti⁹ q̄ȝ asse comedā
tur que cuȝ lactucis cucurbitis se. qua
tuoꝛ comunibus frigidis se. endiuie aut
papa. uel lactuce sēper alterēt in quib⁹
cunque etiam suis ferculis al. papa. lac.
semper pones. Et ꝯueniēs sibi fer
culum erit pauatella colatura furfuris
parumper bulita lactuca cucumer por
tulacis pul. ordei. et lac amigdus ꝙ sic
fiat. Lac quatuor se. friorum se. lac
tuce atȝ papa. al. añ aque ordei extracti
facias et cum tali amigdalaꝛū lac postea
facies et est in illo casu cibus optimus
uel tale facias lac cum suis ferculis con
miscen. Accipe se. papaueris albi. ℥.
iiii. se. lactuce se. endiuie añ. ℥. i. quatu
or se. frigidorum. ℥. vi. Et ex hiis ꝯ
aqua ordei lac extrahe ī quo īfrascripto
hor. x. i ifusione dimite ut acc. corticuȝ
papañ. al. ℥. ii. floꝝ. nenufaris. ℳ. ii.
s. se. iusquiami al. ℥. i. s. cū h⁹ cōtusa in
lacte p̄scripto hor. x. i ifusiōe steterit ex
pꝛessio mediocris ex eis fiat ⁊ tali lacte
i suis fercul. ute. Quātū ad potū uio
utat ifusiōis usnee aut amomi optie tm̄
liphatū erit. Quod si cuȝ aqua lactu
carū aut cucurbite id fierȝ nō essȝ malū
Naȝ uinū ifusionis usnee aut amomi hi
bitum somnū potēter ꝓuocat Auic. ꝛ⁹.

cañ. In tertio uero casu i capl'o de sa
hara uinū pōit ꝙ i regimie reꝝ sex non
naturaliū mihi ponere libet si patientis
extremitatis cum nodosa cordula liga
ri dolorose facias ⁊ coꝛā eo lāpades ac
censas tene ibi rursus plures sint con
fabulantes de hinc subito ligaturas sol
ue ⁊ lāpades extīgue ⁊ iaceāt cōfabulēt
quia tunc tam lampadis splendor q̄ȝ ꝯ
fabulatio spiritus ad cerebruȝ trahūt.
⁊ propter ligaturas et dolori natura
succurrat spirit⁹ qui per uigiliaȝ uagā
tur retrahit. Quare hus oib⁹ subi
to factis coadunati itus in cerebro sp̄s
quiescunt. Et isto modo sit sompn⁹
ut bonus Auic. testatur. Et in h
rerū sex nō naturaliū r̄gimē obseruañ i
sahara terminatur. La⁹ ōo Am̄.

Capl'm septimū de his que ī cura ah
extra ꝯsueuim⁹ ueniūt applicāda.

Aria ī cura sahare ab ext⁹ ap
u plicare cōsueuimus. ut lotio
nes seu fomētatioēs embroca
tiones linimēta unctiones emplationes
odoramēta seu suffumigia ⁊ caputpur
gia. Accipiēdo caputpurgium ꝓ ō
ni liquore qui i nasum ifūdit. ut de his
ōdinate i capl'o pūti mētio fiet. A le
uioribus igitur sumas pricipium. Acci
pe fol. popu. uitis albe uinifere salicis
fol. iusquiami papa. al. uiolarum ⁊ can
naꝝ añ. ℳ. i. fiat decoctio de qua tibi
e atque brachia sepe lauētur seu fomen
tētur. Uel aliter acc. uiol. ℳ. i. s.
florum nenufaris florum camoille flo. a
neti folioꝝ apii folioꝝ iusquiami usnee
añ. ℳ. i. cortic. papa. al. coꝛticū radi.
mādragore añ. ℥. ii. se. lactuce se. poꝛtu
lace se. papaueris al. añ. ℥. i. s. amomi. ℥.
i. cōtundātur ⁊ fiat decoctio ō q⁹ tibiis

atque brachiis lotis lotio seu fométatõ fiat. Vel acc.cortitũ papaueris al. cortic.radicis mãdragore añ.ʒ.ii.se. la ctuce se.portulace ⁊ papa.al.añ.ʒ.i.fo. apii.⁊ alkekégi.fol.papaueris.⁊ iusqui ami fol.nenufar.⁊ uiol.atque camoille rof.ru.floꝝ aneti añ.M.i.fiat decocti o.ᵭ qua ut supra lotio seu fométatio fi at. Quãtum ad embrocationes caue ne eas necquicq̃m aliud catarroso capi ti neque humoribus repleto facias.nec hoc a tua méte unq̃m cadat. Nõnul los eni uidi qui sic iaduertéter talibus usi sunt ⁊ pauperculus eger i eternã su betiam trãsiuit alii i paralesi alii in spas mũ alii i aplíã ⁊ i ꝯsimiles egritudíes ᵭ ueniũt. Tu ergo ne i erroré taleꝫ ca das caue ubi ergo ẽbrocationé facere libet Accipe flo.camomille mellilotí ãe ti corticũ radicum mãdragore sãsuci. añ.fiat decoctio ex qua successiue abra so capite fiat ẽbrocatio ħ ut íquit Me sue materia existente m̃lica .aut flãtica salsa ꝯuenit. In materia non calida hãc facit embrocatioẽ que ℞.fol.m̃ te apii alq̃qngi capitũ papa.al.añ.ptes equales ex istis fiat decoctio ⁊ successi ue embroca. Et ubi itensa ualde sit caliditas ℞.se.papa.al.se.lac.iusquia mi ⁊ portul.añ.ʒ.ii.rof.uiol.flo.nẽufa r.foliorũ salicis ordei excorticati.añ. M.i. Ex haꝝ decoctione fiat ẽbro catio.cap̃.brachiorum pul.atque pedũ linire sepe solemus. Accipe itaqꝫ lac mulieris que puellã pepit.ʒ.vi.aq̃ rof. cucurbite aque lactuce.añ.ʒ.ii.succi sẽ puiue iusquiami albi succi lactucaꝝ.añ ʒ.i.f.ol̃i ᵭ papaueris.ʒ.iii.olei uiolati ol̃i mãdragorati añ.ʒ.f.agitẽtur simul cũ uno albuíe recẽtis oui ut í eo petie li nee madefacte frõti ac timpõibus appli cẽtur pedũ quoqꝫ ac brachioꝝ pl̃ſibus.

Et ꝑpter ꝙ íminet periculũ ꝙ supᵃ dictum est non piget replicare scꝫ caue ne repleto seu cataroso capiti talia ap plices. Mãdragoratũ oleũ de quo sta tim mẽtio facta ẽ taliter facies. Poma mãdragore i comuni oleo ꝯquassata ꝑo ne ⁊ i obturato uase i loco huido aliqᵗ diebus maneat de hic super cineres cali dos im̃ cum modico aceti bulliat ꝙ ipꝫ sit resolutum ⁊ coler ac usui reſuetur. Mesue uero succi pomoꝝ.mandra gore ꝯplete maturitatis ⁊ olei sisamini añ.partes equales accipit ⁊ i duplici ua se ad succi cõsumptioẽ bullir facit ⁊ ẽ in casu nostro peroptimũ quod facias si libet. Linimẽtum aliud bonum qᵭ ℞.aque rasure cucurbite.ʒ.vi.olei mã dragorati.ʒ.iii.albumen.i.recentis oui lactis mulieris que puellã peperit.ʒ.iiii simul agita ⁊ ut supra locis predcĩs ap pone. Alii ex pul̃.cortic.radicis mã dragor.cum lacte mulieris ⁊ albuíe re cẽtis oui loca predcã linĩũt.tale.n.linim̃ tum somnũ suauem íducit. Alii se.pa pa.al.subtiliter puluerizati.ʒ. ii.accipi unt lactis mulieris.ʒ.vi.⁊ cũm albumíe uno oui ⁊ modico aceti linitioneꝫ ut su pra faciũt. Noster uero bonꝰ Me sue caliditate existẽti ítẽsa hoc faciebat linimẽtuꝫ qᵭ ℞.croci.ʒ.vi.cassie ligne e.ʒ.ii.opii.ʒ.v.dissoluãt cum oleo ro.a ut mãdragorato ⁊ linitio ut supra fiat. Oleũ itaqꝫ ipse bonus mes.ifrascrip tum faciebat ⁊ ipsum acc.opii.ʒ.x.se.la ctuce.se.iusquiami al.se.mãdragore.añ ʒ.v.corticis papaueris al.ʒ.i.f.cõtũdã r debic acc.cõti.radic.mãdragor̃ cap̃. papauer.al.añ.ʒ.vi. Conquassentur et bulliant in libris.vi.aque ad cõsumptio nẽ medietatis ⁊ de hac decoctione lib.ii accipe olei sisamini ul̃ comuĩs librã unã Cum his res ifrascriptas ꝯtusas misce

ꝛ ĩ uase duplo ad consũptionez decocti onis omnia bulliãt coletur. postea ꝛ u sui r̃seruetur de illo sepius bon⁹ mes. loca prescripta liniebat. Si ũguẽtis uti libet accipe olei mãdragorati olei nenufar̃. olei anetini. an̄. ℥. ß. pul̓. se. iusquiami al. radic. mãdragor̃ an̄. ʒ. ii. succi sẽperuiue. ʒ. vi. cere quãtum sufficit fiat ũguẽtum quo loca sepe dicta iunge.

